BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIE SIÈCLE
2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	/3 nov./1662	II	153
LE BOUTHILLIER(François)	Théologie	/13 fév/1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent)	Théologie	/8/ mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	/5 septembre/ 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND(Fr.Guillaume)	Théologie	/10 jan.1662/	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER(René)	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	/29/sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude)	Théologie	/7 juin/1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et 180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper)	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSE (F.Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)	Philosophie	10 août 1662	II	190
MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)	Théologie	/11/avr. 1663	II	192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNE (F.Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de)	Théologie	/8/août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	/16/août1671	II	212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	/16/avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)	Théologie	/14 nov/1669	II	216
NOÜET(Anne)	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART(Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES(Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES(Louis)	Philosophie	lerJuil.1657	II	229
PIETRE(Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)	Théologie	/23 fév/1662	II	232
PISTEL (Laurent)	Philosophie	16 juil.1662	II	233
POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ(René)	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL(John)	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)	Théologie	/30/août1664	II	243
RESTAURAND (F.André)	Théologie	/11/oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)	Droit canon	/30/déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	ler fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE(Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	/4/janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	/23/fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	ler fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	/3/févr.1661	II	263
TERRAT(Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonse de)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)	Théologie	/31/déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOOoo--

1158445551

DEVM OPTIMVM MAXMVM, quem eſſe per ſe notum eſt, licet non quoad nos, dixit enim impius in corde ſuo non eſt Deus: Deum eſſe vis demonſtrare, à priori non potes, cœlos inſpice, & per effectum demonſtrabis. Nec corpus eſt Deus, nec ex materiâ formâque compoſitus, at ſua ipſe eſt deïtas, cujus eſſentia exiſtere eſt: nullo prædicamento comprehenditur, qui genus omne tranſcendit; nec vlla ſuſcipit accidentia, cum omnino ſit ſimplex: nec in alicujus poteſt compoſitionem venire, quem nihil vſquam perficere poſſit. Perfectiſſimus igitur eſt Deus atque omnes omnium entium perfectiones ſimpliciter quidem ſimplices formaliter, ſecundum quid verò eminenter tantum complectitur: huic additæ creaturæ perfectius non faciunt quam Deus ſolus, ejus enim omnes aliqualem ſimilitudinem, nulla perfectam refert.

NEMO bonus niſi ſolus Deus, intellige per eſſentiam; ipſum omnia appetitu non quidem explicito ſemper, ſed ſaltem implicito & mediato proſequuntur, rationales verò creaturæ explicitè interdum debent amare. Summè bonus eſt Deus & ſummum bonum, de cujus participatione vnum quodque bonum eſt, licet propriam ſibi habeat bonitatem. Magnus Dominus & magnitudinis ejus, non eſt finis perfectione non mole quâ caret. Ejus infinitatem nulla poteſt accipere creatura; infinitum enim creatum ſeu numerum, ſeu corpus quiſquis aſtruit, deſtruit. Vbique Deus eſt per eſſentiam, præſentiam & potentiam; hujus verò præſentia per operationem vbique dignoſcitur; in ſpatijs igitur imaginarijs nullo modo eſt, quippe quæ nulla ſunt niſi in hominum ſomnijs: hoc tamen orbe non continetur, ſed ſe ipſo. Angelum vbique eſſe quiſquis dixerit, errabit.

DEVM qui mutabilem fingit, non nouit, immutabilis enim eſt apud quem nulla eſt viciſſitudinis obumbratio, nec quidquam aliud ab ipſo eſt, quod aut non mutetur aut mutari non poſſit. Æternus eſt Deus naturâ ſuâ, qui nec initium eſſendi habuit nec finem habiturus eſt vnquam; eſtque ſua ipſe æternitas, quæ à Boëtio cum Theologis rectè dicitur interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio; cui ſucceſſio nulla competit, hanc licet eminenter contineat. Æternum eſſe ſolius Dei eſt, omnis enim creatura cum initium habuerit eſſendi, vel mutationi obnoxia eſt, ſicque dicitur temporanea, vel quo ad aliqua immutabilis durat, vocaturque æuiterna: tria verò hæc à ſe inuicem differunt quod tempus quidem & initium & finem ſui agnoſcat cum ſucceſſione: æuum autem ſucceſſione & fine careat, non initio: at æternitas nullum habuit initium nec finem habitura eſt. Æuum vnicum, idque à duratione perfectiſſimæ & ſimpliſiſſimæ creaturæ deſumendum eſt.

VNVS eſt Deus, quem intuitiuè & immediatè per eſſentiam videre poteſt intellectus creatus, & quidem abſque vllâ ſpecie creatâ ex parte objecti; quæ quidem ſpecies creata Dei repræſentatiua impoſſibilis eſt, adumbratio enim tantum modo, non imago eſſet. Nec ab oculo corporeo inueſtigari, nec ab intellectu creato per ſolas naturæ vires eſſentia diuina videri poteſt, ſicuti nec ſibi relictus quis Deum ſicut oportet diligere aut in ipſum credere poteſt. Intellectus igitur creatus quilibet creato lumine, quod gloriæ dicitur, ad videndam Dei eſſentiam indiget atque illud intellectum diſponit & cum ipſo concurrit vt qualitas ipſum eleuans: potuiſſet tamen ſi ita Deus ſtatuiſſet per vberiorem Dei cum intellectu creato concurſum ſuppleri, at nulli omnino creaturæ tùm exiſtenti tùm poſſibili connaturale eſſe potuit.

DEI viſione non omnes æqualiter beantur alius enim alio clarius & perfectiùs ipſum videt, hæc tamen inæqualitas viſionis non ex parte obiecti oritur omnibus: enim in vineâ dominicâ laborantibus idem denarius conceditur, ſed ex inæquali luminis gloriæ participatione meritiſque inæqualibus. Angelorum pariterque hominum viſiones ſpecies vna complectitur. Deum per eſſentiam videntes propriè non comprehendunt, nec omnes effectus poſſibiles, nec omnia contingenter futura cognoſcunt; at vident ea omnia quæ in Deo formaliter occurrunt: vident & quæ in terris crediderunt, & quæ ad naturalem vniuerſi perfectionem pertinent, atque omnia quæ ad ſui ſtatus perfectionem ſpectant, prætereàque ſingularia non pauca. Non poteſt quis diuinam eſſentiam ſine perſonis & attributis videre: poteſt autem eam ſicut in ſe eſt abſque vllâ creaturâ cognoſcere. Videntur à beatis quædam creaturæ eadem viſione quâ Deus abſque vllis ſpeciebus: quod vero non omnes videant creaturas exiſtentes, id ex diuinæ voluntatis beneplacito repetendum eſt. Rerum viſio in verbo ſucceſſiua nullatenus eſt.

DEVM nemo vidit vnquam, viatorem intelligo: ab hac lege nec Moyſes fidelis Dei famulus, nec gentium Apoſtolus excipiuntur, vnus tamen generis humani ſeruator in hac vitâ Domino perfectè fruitus eſt. Deo quædam nomina ſubſtantialiter tribuuntur, ea nempe quæ poſitiuum quid & abſolutum ſonant, dicunturque attributa, atque hæc licet multa vnum, non tamen eodem modo ſignificant; diſtinguntur enim attributa abſoluta inter ſe & ab eſſentiâ diuinâ ratione quam vocant ratiocinatam cum fundamento ſeu virtuali diſtinctione in re. Quæ de Deo & creaturâ dicuntur analogicè dicuntur. Deus, nomen eſt naturam ſignificans, nec communicari ſecundum rem vllatenus poteſt, poteſt verò ſecundum opinionem & ſimilitudinem ſeu analogicè. De Deo affirmatiuè dici & verè quædam poſſunt, nec erit tamen identica pœnitus propoſitio. In Deo ſcientia eſt omnium nec vniuerſalis, nec particularis: ſe ſuâque omnia per ſe ipſum intelligit ac perfectè comprehendit.

DEI intelligere ejus eſt ſubſtantia, ita tamen vt ſecundum noſtrum concipiendi modum non naturam conſtituat, ſed ejus ſit perfectio & attributum. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos, videt enim alia à ſe, non in ſeipſis, nec per ſpecies, ſed in ſeipſo & per ſuam eſſentiam; cognoſcitque omnia propriâ cognitione abſque vllo diſcurſu. Scientia in Deo entitatiuè vnica eſt & ſimplex, at ratione objecti duplex, alia quæ terminatur ad ea quæ merè ſunt poſſibilia, diciturque ſimplicis intelligentiæ, alia qua circà præſentia in aliquâ temporis differentiâ verſatur, & viſionis appellatur; hæc quatenùs voluntatem habet adjunctam rerum cauſa eſt, quæ ideo futuræ ſunt, quia futuras Deus prænouit. Infernus eſt perditio coram Domino, nouit enim mala, culpæ, vt improbet & puniat: pœnæ, quæ vltor infligit; vtrâque per oppoſitionem ad ſuam eſſentiam videt. Videt Deus omnia ſingularia & infinita qui attingit à fine vſque ad finem fortiter.

FVTVRA prænouit Deus tùm conditionata tùm abſoluta per ſcientiam viſionis, quam homines participare quidem poſſunt; at ſolus Deus per eſſentiam poſſidet. Præſentia ſunt futura diuinæ viſioni ſecundum illud eſſe quod habitura ſunt certo tempore, licet ab æterno realem non habeant exiſtentiam. Rebus nullam imponit neceſſitatem Dei præſcientia niſi conſequentem, licet ipſa neceſſaria ſit, tùm quia infallibilis, tùm quia immutabilis & efficax eſt. Videt Deus enunciabilia ſimplici intuitu. Variari nullatenus poteſt Dei ſcientia, licet ad plura ſe extendere potuiſſet ſcientia viſionis, ſi plura producere voluiſſet; poteſt quoque enunciabilia aliquando neſcire, quippe falſa: res vero nunquam poteſt non noſſe. Nullam de ſe ipſo Deus habet ſcientiam niſi ſpeculatiuam. Viuit Dominus cujus voluntas cogi nullatenus poteſt, neceſſitatur tamen circa ſe, at circa alia liberrima eſt

SVMMA Dei eſt prouidentia quæ in ſui diſpoſitione non fallitur, diciturque ratio ordinis rerum in finem; hanc nihil fugit, dat enim iumentis eſcam illorum; rebus omnibus, tùm quoad ordinem immediatè prouidet, tùm quoad executionem: conformiter earum naturis, liberas liberis, neceſſarias neceſſarijs cauſis ſubijciens. Quoſdam Deus ad gloriam prædeſtinauit & vocauit, quoſdam præſciuit eſſe damnandos; hi non ante præſciuntur damnandi, quam peccaturi: iſti prius deſtinantur ad gloriam, quam ipſis gratia præparetur; nec prius præuidentur eorum merita, quam ipſis corona præparetur. Hi non reprobantur adeo poſitiuè quidem, ſed negatiuè tantum: quam quidem reprobationem qui vitaueri:, Deum tandem reuelatâ facie videbit, *quem videmus nunc per ſpeculum & in ænigmate.*

Has Theſes, Deo duce, auſpice Deiparâ, ac Præſide S. M. N. MATTIA HVOT Doctore Theologo Pariſienſi, tueri conabitur IOANNES BAPTISTA LELEV Subdiaconus Ambianus, Prior de la Rocheguillebault, Die 29ª. Septembris, Anno Domini 1667. à prima ad veſperam.

IN SORBONA

PRO TENTATIVA.